Illmi et Magci Dni
Amici ~~[illegible]~~ mi

Obsequijs meis in aetatem impendit Sua Nobilis Simon Mieczkowski, ut a rem Suarum procuratione auocetur. Cumq temporibus Fisce publica ad portum Pielauiensem sit indicta expeditio eam de ~~[illegible]~~ Haereditaria Sua in Mieczkowo sorte per idoneum hominem substitutum obiuit, ratione vero Szteijualdensis Villae id beneficij Serenissimus Elector in eum contulit, ut quamdiu ei in dicta Villa commorari per obsequia non liceret, haberet vacationem militiae atq a publicis expeditionibus immunis ac liber esset. Magnopere proinde ab Illustrissimis et Magcis Dnaonibus Vestris postulo velint huius hominis rationem habere ~~[illegible]~~ ac permittant eum gaudere Sermi Principis beneficio ac humanitate Sua quam ego omni mutuorum officiorum testificatione dato operam ut reponam Illmis et Magcis Dnaonibus Vris quorum beneuolentiae et amicitiae plurimum me commendo

Louicij 4 Augusti 1653